















CHRESTOMATHIA ARABICA

QUAM

E LIBRIS MSS. VEL IMPRESSIS RARIORIBUS COLLECTAM

EDIDIT

Dr. FR. AUG. ARNOLD.

PARS I.

TEXTUM CONTINENS.

HALIS.

C. E. M. PFEFFER.

MDCCCLIII.

LONDINI.

WILLIAMS ET NORGATE.

PARISIIS.

ALBERT. FRANCK.





AMICO INTEGERRIMO

D^r^. PHILIPPO WOLFF

ROTTWEILENSI

HOC QUALECUNQUE OPUSCULUM SINCERAE AMICITIAE

TESTIMONIUM ESSE VOLUIT

EDITOR.







PRAEFATIO.

Novam chrestomathiam Arabicam editurus haud vereor ne in Virorum Doctorum vituperationem veniam, siquidem omnino chrestomathiarum usum in ediscendis linguis non improbarint. Omnes enim quae etiamnunc exstant chrestomathiae Arabicae aut sunt antiquatae, aut defectu glossarii laborant, aut provectiorum magis quam tironum usui sunt adaptatae. Itaque operae pretium duxi, tironibus contexendo eiusmodi opere consulere iisque aditum ad linguae Arabicae cognitionem hoc modo pleniorem ac faciliorem reddere. Quod ut assequerer, imprimis id studui, ut ubique progressum a facilioribus ad difficiliora servarem. Hac de causa et in eligendis particulis ita versatus sum, ut a singulis sententiis incipiens ad narratiunculas et contextas orationes geographici et historici argumenti progrederer, et in vocalibus apponendis ita, ut ab initio cuiusque capitis vocales integras, deinde parciores, in fine raras tantum vel omnino nullas apponerem. At praeter hunc proximum et primarium finem aliud erat respiciendum, nempe ut etiam provectiores, immo VV. DD. ex novo hoc opere utilitatem caperent, id quod in tanta litterarum Arabicarum opulentia facillime ea ratione efficitur, ut inedita vel certe libris rarioribus deprompta proferantur. Confiteor tamen, ex hac duplici edendi ratione aliquid incommodi ortum esse, quod nunc opere absoluto evitatum vellem et quod non evitasse valde doleo. Eo enim, quod ad VV. DD. plus quam par est respexi, factum est, ut tirones quodammodo neglexerim, nimis anxie codicum scripturas etsi falsas servans et ita horum iudicium facile perturbans. At me hac de re consolatur, quod eo ipso tirones iam nunc cognoscent, quae, qualia et quanta vitia in codicibus Arabicis saepius inveniantur et quae cautio adhibenda sit in eorum usu. Vitia illa ipsa partim in glossario, par-

tim in iis, quae de singulis particulis nunc disseram, indicavi et emendavi. Jam ratio reddenda est de singulis, unde ea sumpserim et quae forte in iis notatu digna inveniantur.

I. **Sylloge sententiarum.** Omnes has sententias deprompsi ex libro cui inscribitur: رَوْضُ ٱلْأَخْيَارِ ٱلْمُنْتَخَبُ مِنْ رَبِيعِ ٱلْأَبْرَارِ auctore Muhammad ben Kâsim ben Ja'kûb, cuius operis capita recensuit v. Hammer-Purgstall in: Ersch et Gruber Encyklop. Vol. IV. p. 268. Codice usus sum Dresdensi, cuius uberrimam descriptionem invenies in: Fleischer Catalogus Codd. MSS. orientalium bibliothecae regiae Dresdensis. Nr. 404. p. 68. In eligendis sententiis quum usum grammaticum tum venustatem et sententiae leporem respexi; omnes esse ineditas non audeo affirmare, quis est enim, qui in tanta sententiarum adhuc editarum copia novas a iam cognitis dignoscere possit? Certe equidem ex opere inedito meas sumpsi. In iis sunt quaedam poeticae certo metro conscriptae, eaeque p. 5. nr. 96. metro el-Wâfir, hoc schemate: ⏑ — — — | ⏑ — ⏑ ⏑ — | ⏑ — — || ⏑ — ⏑⏑ — | ⏑ — ⏑ ⏑ — | ⏑ — — (cf. Ewald de metris carminum Arabicorum. p. 53 sqq. Freytag Darstellung der Arabischen Verskunst. p. 203 sqq.) Item p. 6. nr. 114., ubi in fine pro طَبِيبٌ ob rhythmum finalem melius scribitur طَبِيبُ; p. 7. nr. 133. inde a قيل. — Ad metrum el-Kâmil (hoc schemate:
⏑⏑ — ⏑ — | ⏑⏑ — ⏑ — | ⏑⏑ — ⏑ — || ⏑⏑ — ⏑ — | ⏑⏑ — ⏑ — || ⏑⏑ — ⏓
cf. Ewald l. l. p. 47 sqq. Freytag p. 211 sqq.) pertinent p. 7. nr. 134. inde ac verbis أَنَّ اللَّبِيبَ (ubi إِنَّ scribendum), et duo versus pg. 11. nr. 201. inde ab إِنَّ الدراهم. — Ad metrum Et-Tavîl: (schemate:
⏑ — ⏓ ⏑ — — — | ⏑ — ⏓ ⏑ — ⏑ — || ⏑ — ⏓ ⏑ — — — | ⏑ — ⏓ ⏑ — ⏓ —
Ewald p. 65 sqq. Freytag. p. 161 sqq.) duo versus pg. 11. nr. 199. compositi sunt. — Pg. 11, lin. ult. verba inde a وليس ذكرى sunt versus metri es-Sarî' hoc schemate (Ewald p. 76 sqq. Freyt. p. 242 sqq.): ⏑ — ⏑ — — ⏑⏑ — — ⏑ — || — ⏑⏑ — — — — ⏑ — — — —
Inde efficitur, ut in fine pro بالافصل legas بِلَا فَصْلٍ hoc sensu: „Non sunt, quae tibi dico, ex vana cogitatione, sed sunt iuncta sine disiunctione" i. e. bene cohaerentia et iusta. Codicis Dresdensis usus, quem insigni liberalitati V. D. Fleischeri

debeo, per breve tantum tempus mihi concessus erat, unde factum est, ut in apographum meum et inde in textum impressum vitia quaedam irrepserint, quae ut cum aliis iam notandis emendes, te, benevole lector, enixe rogo. Sic pag. 6, lin. 15. pro غَيْرِ melius scribitur غَيْرُ, ut صفة vocis أَحَدٌ. — p. 8, 15. pro أَشَدَّهُ parallelismus flagitat أَشَدُّ عَلَيْهِ, item lin. ult. وارض pro والارض. — p. 10. lin. ult. aut pro غَلَبَتْ scribendum غُلِبَتْ, aut lin. antepen. verbum سَلَّطَ mutandum est in تَسَلَّطَ. — p. 12, 1. parallelismus sequentium verborum pro تبدأ flagitat تبدأه. — p. 12, 4. pro يَوَدُّ scrib. يُودُّ. — 13, 5. pro وعليه melius scribas عليه, ut صفة ad جار, correspondens cum عليه lin. 4. — p. 13, 6. aut scribas لم يبق aut لا يبقى. — Sententiam ultimam pag. 13. nr. 230., a Mo'âds Ibn Gebel profectam, praebuit codex bibliothecae publicae Orphanotrophaei (D. 19.), continens librum مقدّمة غزنوى, quem uberius descripsit V. D. Fleischer in Catal. librorum MSS. biblioth. Senat. Lipsiens. p. 395. nr. CX, 4. ubi col. 1. not. **) locum nostrum latine redditum invenies. Pg. 14, 3. scriptura القبر unice recta est.

II. Dicta Muhammedis e variis Codd. desumpta. Et ea quidem, quae sub A. proferuntur, suppeditavit cod. miscellaneus bibliothecae universitatis Halensis. Turcica manu haec sunt exarata et scatent vitiis grammaticis et eiusmodi rebus, quae a puriori sermone Arabico abhorrent et quae scribam ipsum sententiam non ubique perspexisse declarant. In quorum numero referenda sunt: p. 14, 6 inf. جبال pro جَبَلٍ. — p. 15, 2. عَلَيْهَا pro عَلَيْهِ. lin. 5. ٱلصَّلَوَاتُ pro ٱلصَّلُوةُ. lin. 9. أَنْ pro فَأَنَّ, item lin. ult. ٱلسَّمْعُ pro فَٱلسَّمْعُ post أَمَّا (vid. Nasifi Epist. crit. ad de Sacyum. ed. Mehren. p. 4. 82.). l. 13. 14. خَمْسَ سِنِينَ pro خَمْسَ سَنَةً. — p. 16, 6. مُظْلِمٍ pro مَظْلُومٍ, illud enim denotat iniuria affectum. lin. 7. قَالَ ٱلَّذِينَ ٱلْيَهُودِيَّ bis pro ٱلْيَهُودُ. lin. 8. فَٱلَّذِينَ pro ibid. وَلَا يَحْضُرُونَ ٱلْجَمَاعَةَ pro وَلَا يَحْضُرُونَهُ بِٱلْجَمَاعَةِ. lin. 10. مَجْلِسٍ pro مَسْجِدٍ. lin. 12. خَمْسَةَ مَوَاضِعَ pro خَمْسِ مَوَاضِعَ.

lin. 4 inf. عَلَى pro إِلَى. lin. pen. pro ذَنْبٌ rectius scribitur كَلْبٌ, quod confirmatur codice meo sub D. laudato et Fleisch. Catal. Lips. p. 427. Col. 1. lin. 25. — p. 17, 2. مِنَ ٱلنَّارِ pro فِي ٱلنَّارِ. lin. 8. ثَلَاثُ أَصْنَافٍ pro ثَلَاثَةُ أَصْنَافٍ. Ceterum p. 16, 3. pro شَانٍ scrib. شَابٍّ; lin. 13. pro يَنْزَلَ melius يَنْزِلَ et p. 17. lin. ult. pro دُعَاءَهُ propter sequens حَاجَةٌ melius profertur دُعَاءُهُ.

Quae sub B. posita sunt descripsi e Raudh el-achjar (vid. supra ad I.). In his p. 19, 1. pro لَمْ يَكُنْ scrib. وَلَمْ يَكُنْ, et lin. 9. 10. pro فلم يُسَمِّ أَحَدُهُمْ أَحْمَدُ او مُحَمَّدٌ scrib. فلم يُسَمِّ أَحَدُهُمْ أَحْمَدَ او مُحَمَّدًا, quum purum Arabice dicendi genus Passivum hoc loco omnino non ferat.

C. Deprompta sunt haec e libro: نفحة اليمن Nufhut-ool-Yumun, an arabic miscellany of compositions in prose and verses, selected on original, by Shuekh Uhmud bin Moohummud Shurwanee-ool Yumunee. Calcutta. 1811. 4°. (cf. Zenker Biblioth. oriental. nr. 365.) Usum huius libri debeo bibliothecae regiae Berolinensi.

D. Haec suppeditavit cod., quem equidem possideo, continens librum cui inscribitur مبارق الازهار فى شرح مشارق الانوار auctore ʿAbd el-Laṭîf ben ʿAbd el-ʿAzîz, cognominato Ibn el-Malik, de quo opere vid. Hadji Chalfa nr. 12053. Tom. V. p. 549. Forma codicis est fol. min., scriptus est duabus manibus diversis et finitus ultimis diebus mensis Gumâdi II. anni 1095 H. (mense Maio 1684 Chr.). Etiam in his codicis scripturam magis quam par erat retinui, ut p. 23, 5. مُرَجَّحًا pro مُرَجِّحًا, quod ut حال ad قصى nihil aliud significare potest nisi: (adiudicavit eum maiori) praeferentiam [huic] tribuens, *indem er eine Bevorzugung eintreten liess* i. e. iustitiam temere inflectens. Post sequens فاخبرتا sensus flagitat pron. suff., itaque scribendum est فاخبرتاه; commentarius adiicit: اى بما سبق من حاليهما. lin. 11. cod. يأتيان habet pro تأتيان e communi vitio codicum MSS., tertiam personam fem. Dual. ab eadem masculini non distinguentium.

III. Fabulas e libro ad II. C. laudato, ultimas duas e Raudh el-achjâr mutuatus sum. P. 26, 6. cum editione Calc. (وليًّا) perperam scripsi وَلِيًّا pro وَلْيًا; item p. 27, 5. 7. إذًا pro إذْ. — p. 28, 2. scripsi أَنْفَعُ, quum ex regulis grammatices subtilioris scribendum sit أَنْفَعَ. Liceat mihi hîc ea ipsa describere, quae hac de re mecum communicavit V. D. Fleischer. *„Für* أَنْفَعُ, inquit, *schr.* أَنْفَعَ *als* صفة *von* حِيلَةٍ; *s.* Zamachscharî *in* de Sacy's Anthol. gramm. p. ١.١, lin. 13 et 14. Abu 'l-Haitam *zu* Meidânî (Arabb. provv. ed. Freyt. I. p. 525, prov. 19) *bemerkt ebenfalls mit Recht:* أَشَدُّ بموضع الخفض لانّه تابعٌ للقَوْلِ وما جاء بَعْدَ رُبَّ فالنَّعْتُ تابعٌ له. *Es ist diess kein „putavit" dieses Grammatikers, sondern die übereinstimmende Lehre aller ältern Grammatiker, von welchen erst die neuern abweichen, aber gegen die Natur der Sätze mit* رُبَّ; *denn da* رُبَّ *eigentlich ein Vocativ ist in der Bedeutung* o multitudinem, *so ist es klar, dass die beiden darauf folgenden Nomina nicht im Verhältniss des Subjects und Prädicats, sondern des* موصوف *und der* صفة *zu einanander stehen, dass z. B.* رُبَّ حيلة انفع *nicht ist* o multitudinem astutiae utilior, *sondern* o multitudinem astutiae utilioris." — P. 30, 14. cum ed. Calc. scripsi وَلَئِنْ تَبْقَ pro وَلَأَنْ تَبْقَى, de quo Fleischerus haec: *„Es ist rein unmöglich, dass der Nachsatz eines conditionellen Vordersatzes ein elliptischer Nominalsatz ohne* ف *oder, wo der Vordersatz wie hier durch* لَ *eingeleitet ist, ohne* لَ *oder* لَأَنَّ *sey; nicht einmal der vollständige Nominalsatz kann dieses* ف *oder, in dem hier stattfindenden Fall, die andern angegebenen Einleitungsconjunctionen entbehren."* — Pro الشجر p. 35, 8. scrib. الشَّجَرَة, nam الشَّجَر nonnisi collective usurpatur.

IV. Acute dicta et narratiunculae, in quibus eligendis studui miscere utile dulci. Singula inde a nr. ١ usque ad ٢١ sumpta sunt e Raudh el-achjâr; reliqua ex Nafhat al-Jaman (vid. supra) et e libro cui inscriptum est: The Mi,ut Amil, and Shurhoo Mi,ut Amil cet. by A. Lockett. Calcutt. 1814. 4.

cf. Zenker Biblioth. orient. nr. 136. Denique nr. ٢٩ et ٣٧—٣٩ suppeditavit Demirii historia animalium, secundum textum codicis Berolinensis Diez. 49. 50. fol. In iis, quae ex editionibus Calcuttensibus dedi, haec sunt monenda. In narratione nr. ٢٣. p. 41. تَلْبِيد et تَسْبِيع protuli secundum textum impressum, de quibus vid. Glossar.; item postea أَجَابَهُ cum textu falso dedi pro أَجَابَهُ (*Corr*.). — p. 43, antepen. et ult. item ed. Calc. لِلْمَقَامَةِ falso habet, vid. Gloss. p. 49, not. — p. 44, 8. editionem Calcutt. secutus inconsiderate scripsi تَرَقَّى pro تُرَقِّى, lin. 9. 17. آتَيْتُهَا et أَنِّى pro آتَيْتُهَا et أَنَّى; lin. 15. Calc. أُخْبِرُكَ recte habet pro أُخْبِرْكَ, at male وَتَنْظُرُ (unde equidem وَتَنْظُرْ) pro subiunct. وَتَنْظُرَ, qui pendet a particula وَ. cf. Gramm. §. 398, 5. Eadem linea in وَرَأَى omittendum est ; post لَمَّا vid. Nasif. epist. crit. p. 4. 85 sqq. — Pg. 45, lin. 11. pro وكان له melius scribitur كان له omisso وَ, ita ut أَنَّ أَسْمَهُ إِسْحَقُ الخ non sit خبر أَنَّ sed صفة verborum رَجُلًا مِنْ بَنِى إِسْرَائِيلَ, itaque خبر أَنَّ incipiat inde a verbis كان له. — pg. 48, 5. cum edit Calcut. falso dedi فِى السَّوَارِى pro فِى السَّوَارِى i. q. qui mecum non illidat columnis", nempe qui me non laedat, dum ipse ad columnas offendit. ب est باء التعدية et respondet suffixo ى in membro parallelo: ولا يدخلنى. In loco Demiriano p. 53, 10—12. ter دمها incorrecte positum est pro دمه, quum أسد, قرد et خنزير non sint generis communis, sed masculini eorumque feminina terminatione ة formentur.

V. Geographica. 1. Ibn Ajâs. De hoc scriptore eiusque opere كتاب نشق الأزهار فى عجايب الاقطار inscripto uberiorem Langlesii expositionem invenies in libro: Notices et extraits cet. Tom. VIII. p. 1 sqq. Excerpta mea suppeditavit Cod. Gothanus in Moelleri Catologo sub nr. 302 descriptus. Particulam primam (a. Nili cataractae et Nubia. Cod. Goth. pg. 161—164.) francogallice vertit V. D. Quatremère in: Mémoires géographiques et historiques sur l'Égypte cet. Tom. II. p. 6 sqq., unde apparet, ea quae Ibn Ajâs ex Ahmad ben Solaim afferat, excerptorum speciem prae se ferre. Pg. 54, 3 inf. inter من الزروع

et وكانت بندرا, desunt quaedam ad intellectum necessaria, quae restituere possis ex hisce versionis laudatae (p. 8. lin. 20.) verbis: „C'est dans cette province qu'est située la ville de Bedjrasch, capitale du Maris, la forteresse d'Ibrim, et une autre place nommée Adwa*), qui a un port, et qui est, dit-on, la patrie du sage Lokman, et de Dhoul-Noun." Eodem modo p. 56, 2. inter القرى العامرة et من الجانب الخ videntur excidisse quaedam, Quatrem. enim verba lin. 2. وفيها usque ad ارض الاسلام vertit: „et dans tout cet espace, les bourgs, les villages, les troupeaux, les champs de grains, les vignes, les plants de palmiers, de *Mokl* et autres arbres, sont en nombre infinement plus grand que dans la partie qui avoisine les terres de l'islamisme." — Particula altera (b. De urbe Heliopoli et Obeliscis.) exstat in Cod. p. 171—175, postquam iam antea p. 70 sq. brevior commemoratio urbis et duarum columnarum facta est. Pg. 57, 2. 3. propter سود codicis passive pronuncianda indicavi verba وجُعِلَ لَهَا ذَوَائِبُ سُودٌ, at eadem ratione qua p. 19, 9. 10. active sunt proferenda: وجَعَلَ لها ذَوَائِبَ سُودًا. — Pg. 58, 4. 5. pro Codicis ورُؤُسهما, sententia flagitat ورَأْسِهِ ut habet Kazwini vel ورَأْسِ أَحَدِهِمَا, ut est p. 71 Cod.: et illud ورُؤُسهما procul dubio ortum est negligentia scribae ex antecedente ورسهما, pg. 57, ult. et penult. — c. De Memphidis**) urbe. Cod. p. 184—187, cf. quae antea pg. 71—73. de hac urbe referuntur. Pg. 62, 1. 2. أَلْفَيْنِ وَثَلَثَمِائَةٍ وَسِتَّةً وَخَمْسِينَ positum est ex falso Accusativi usu in recentioribus scriptis saepius obvio pro Nominativo: أَلْفَانِ وَثَلَثُمِائَةٍ وَسِتَّةٌ وَخَمْسُونَ; ortum est hoc vitium ex commutatione Subiecti cum Praedicato verbi كان. — d. De via inter Aegyptum et Syriam. Cod. pg. 180—182. De pg. 63, 14., ubi lacunam subesse conieci, vid. Glossar. p. 130. col. a. lin. 4.; lin. 16. in dictione ولا يقدر احدا illud

---

*) Quatrem. not. 1). „Le texte porte *Adwâ*. Peut-être faudroit-il préférer la leçon Dow; c'est ainsi que Macrizy et Nowaïry écrivent ce nom dans des passages que je transcrirai plus bas."

**) Typothetae errore in textu expressum est *Memphidi*.

احدا positum est ex vulgari dicendi ratione (etiam حَدًا) in enunciationibus negativis. cf. Ellious Bocthor Dictionn. franç.-arabe s. *Aucun* et *Personne*. — e. Hierosolyma et Hebron. Cod. p. 204—207. — f. India. Cod. pg. 339—349. Pg. 69, 14. pro وَيَجُرُّونَهُ quod emendavi rectius etiam scribitur وَيَجُرُّهُ. — g. De Russis et Bulgaris. Cod. p. 331. 372—375. Locum p. 73, 11. a me signo interrogationis insignitum explanavit V. D. Fleischer. مُطْلَقَةٌ signif. incensus, vid. Glossar. s. طلق p. 111. col. a. De الحصا لبان V. D. haec adnotavit: „*schr.* الحَصَا لُبَانٍ, *neuarab. st.* حَصَا ٱللُّبَانِ, *wie man sagt* المَاوَرْدُ *st.* مَاءُ ٱلْوَرْدِ *u. dgl.* Ḥaṣâlubân *ist noch jetzt der gewöhnliche Name des Weihrauchs in Körnern, eig.* mica thuris, *von* حَصًا, *Kies und Kiesähnliches, und* لُبَان, לְבֹנָה; *s.* Ell. Bocthor, Dict. français-arabe, *unter* Encens." Itaque locus iste est vertendus: „Eaque (thuribula) accensa sunt suffitu thuris granulati." — Pg. 75, 13. codex vitio satis communi post أَمَّا omisit فَ exhibens نَحْوَ pro فَنَحْوُ. vid. Nasif. epist. crit. p. 4. 81 sqq. — Pg. 76, 7. contra regulas grammatices ad sensum positum est الجُلُودُ البُلْغَارِيٌّ pro الجِلْدُ البُلْغَارِيٌّ.

2. El-Iṣtakhri. Recepi duas particulas veteris et gravissimi Geographi, etsi totum opus editione Moelleri iam satis notum ac divulgatum videri possit. Attamen quicunque peritus libenter concedet, facsimile illud Moellerianum omnino codicis locum tenere eiusque lectionem et interpretationem tantis difficultatibus laborare, quantis alius quisque codex lectu difficilior, cuius rei satis luculentum testimonium affert versio Mordtmanni*), quae permultis in locis mirum quantos et quales errores, e difficultate ista exortos, protulit. Itaque haud dubitavi Arabiae et Syriae descriptionem ex hoc libro petitam in Chrestomathiam

*) Schriften der Akademie von Ham. Ersten Bandes zweite Abtheil.: Das Buch der Länder von Schech Ebu Ishak el Farsi el Isztachri. Aus dem Arab. übersetzt von A. D. Mordtmann. Nebst einem Vorworte von Prof. C. Ritter. Hamb. 1845. fol. min.

meam recipere. In textu constituendo permagno emolumento mihi fuerunt quae V. D. Roediger ea qua solet benignitate et liberalitate ex Ibn Haukalo et Versione Persica MSS. mecum communicavit. Textus Codicis Goth. scriptus est ad recentioris Arabismi normam, saepius ad pronunciationem vulgarem et solam auscultationem quam ad regulas grammaticas accommodatus. Sic pg. 77, 3. (Cod. p. 6. lin. 2.) زغرا pro زُغْرَ, cf. p. 86, 7. (Cod. 12, 2.) اخضرا pro أَخْضَرَ; 89, 4. (Cod. 13, 8 inf.) مرافقا pro مَرَافِقَ; p. 84, 10. (Cod. 10, ult.). بالواد pro بالوَادِي et vice versa وادى pro وَادٍ 81, 2. 4. 83, 9. 85, 15.; p. 85, 15. (Cod. 11, 7 inf.); نحوا pro نَحْوٌ cf. p. 90, 12. (Cod. 14, 15.) نحوا من, sic procul dubio legendum, pro نَحْوٌ مِنْ*). Ex eadem recentioris Arabismi ratione explicandum est ubi ponitur Genit. dual. et plur. pro Nominativo, ut 85, 9. 10. 98, 11. (Cod. 34, 1.) يومين pro يَوْمَانِ; status constructus pro absoluto, ut 81, 4. 85, 10., et ubi Accusativi indefiniti terminatio ـا omissa est, ut مجتمع p. 80, 6. p. 80, 9. (Cod. 8, 8.) pro مُجْتَمِعًا, id quod me in insignem errorem induxit, nempe ut pg. 92, 7 et 8., quum ibi scriptum sit لكام pro لُكَامًا, vocales Nominativi apponerem لُكَامٌ et يُسَمَّى جَبَلُ pro جَبَلٌ. Item in ponendis Pronominibus regulae grammatices genus eorum spectantes non ubique sunt observatae, sic p. 80, 5. (Cod. 8, 6.) وهو exstat pro وهى; ibid. lin. 7. (Cod. lin. 8.) بينها pro بينه; 83, 1. (Cod. 10, 2.). بينهم pro بينه; p. 86, 3. (Cod. 11, penult.) يتولّاها pro يَتَوَلَّاهُ ad وقف referendum; p. 99, 6. (Cod. 34, 8.). الذى pro التى. Numerus neglectus est p. 97, 15. (Cod. 33, 14.), ubi طريق positum pro plur. طُرُق. —

*) Typothetae errore impressum est نَحْوَ. Cet. pg. 84, ult. text. et نَحْوَ locum habere potest tanquam ظرف et نَحْو tanquam mensurae et quantitatis definitio in appositione cum على اربع مراحل. cf. Glossar. p. 147, a. lin. 2.

Nunc de singulis quaedam adiiciamus. Pg. 76, not. *) Mordtmanni coniecturam, pro والينبع esse scribendum pro واليمن, commemoravi, et alteram a V. D. Roediger mecum communicatam addidi ومدين. Utrumque in eadem locorum coniunctione habet Kazwini, qui in describendis Maris rubri finibus haec habet (Agâ'ib el-machlûkât p. ١١٩. lin. 9 sq.) ووصل الى بلاد اليمن وجدّة وجار (والجار .scrib) وينبع ومدين مدينة شعيب عم وايلة الى القلزم quibuscum conferre licet Abulfed. p. ٣٧, 5 inf. sqq.: والسّائر على حدود جزيرة العرب يسير من ايلة على حافة البحر وهو مستقبل الجنوب والبحر على يمينه الى مدين الى ينبع الى الجُحْفة الى جدّة الى اول اليمن الخ — Pg. 80, penult. text. (Cod. 8, 5 inf.) الجَمْرة العَقَبَة ferri non potest propter regulas grammaticas; scribendum est potius العَقَبَة et الجمرة falso ex sequentibus huc translatum est. — Pg. 81, 5. pro وبين عَرَنَة contexta oratio flagitat وبين عَرَنَة, quod praebet Ibn Hauk., nam antecedens وهو وادٍ referatur ad بطن عرنة necesse est. — Pg. 82, 3. verba, quae Cod. 9, 12. رايتها بفخ absque punctis diacriticis exhibet, legi رَأَيْتُهَا بِفَخّ et interpretatus sum: vidi eas (palmas) in loco Fachch dicto; فخّ enim secundum Muschtar. p. ٣٣٠. est وادٍ من نواحي مكّة; Kâm. p. ٣٤٩, 10.: .....بفخّ وفخّ بالخاء المعجمة موضع بقرب مكّة Navav. p. ٣٩٠., ult. ; وعٌ بمكّة cf. Weil Chal. T. II. p. 124. not. 2. At potest etiam scribi بفجّ vidi eas „fructibus immaturis" praeditas. Mordtmanni interpretatio (p. 8.): „*Was aber das heilige Gebiet betrifft, so habe ich weder gesehen noch gehört, dass es dort Fruchtbäume gebe, ausser einigen Palmen mit Aepfeln* [!!] *und einigen einzeln stehenden Palmen.*" tam absona est, ut risum movere possit. — ibid. lin. 5. Abulfedae scripturam تدفع esse praeferendam, indicavi in Glossar. ad دفع p. 62, a. Scitu dignissima sunt quae hac de re V. D. Fleischer admonuit scribens: „ تَدْفَعُ *schr.* تَرْفَعُ *nach* Abulfeda; *s.* Beidâwî *zu Sur.* 2, 193. Zamachscharî *zu derselben Stelle bemerkt, dass ausser* دَفَعَ *auch* صَبَّ *so intransitiv gebraucht werde. Vgl.* Kirtâs ed. Tornberg p. ١٤٩ l. 9,

18 *u.* 23; Merâsid p. ٣٧. l. ult., p. ٢١٥. l. 4. *Aehnlich sagt man im Französischen:* l'armée pousse vers l'ennemi, pousse en avant *u. dgl.*" — Pg. 83, 9. pro على أَرْبَعَةِ أَيّامٍ cum Ibn Hauk. scribendum est على أَرْبَعَةِ أَمْيالٍ; illud ortum videtur ex antecedente lin. 6. 7. — ibid. lin. 12. scriptura يَهُودًا confirmatur versione Persica, تَموزا habet Ibn Hauk. — Pg. 84, 12. Cod. 11, 2. distincte الاثالث habet, id est الأَثالِث, et sic etiam Cazwin. II. p. ٩٠. lin. 7. nomen ex Istachrio affert, quocum consentit Merâs. p. ٢١, 11. At Abulfed. p. ٨٩. الحجر, lin. 3.: الاثالب, quocum consentit Edris. I. p. 334. الابالب, ubi etiam alterum د falso in ذ mutatum est. Schultens Ind. geogr. s. Errakimum in loco libri Merâsid. item الاثالب exhibet. Et sic ex etymologia vocis certo scribendum est; recte Abulfed. Vers. p. 118. „Ces gorges portent le nom d'*Atsalib*" (Roches fendues). — Pg. 88, 8. pro المَذْكُور melius cum vers. Pers. et Ibn Hauk. scribitur المَعْرُوف; item lin. ult. text. أَكْبَر melius quam أَكْثَر. — Pg. 90, 7. (Cod. 14, 11.) aperte habet مستعلة, at scribendum esse مستغلّة monui in Glossar. s. غلّ. p. 153, b. — Pg. 91, 9. emendavi ex iis, quae Moellerus in Addend. p. 127, ult. et 128, 1. ex Ibn Hauk. attulit. Ad أَصابَ منها V. D. Fleischer haec admonuit: *„Die Verwandlung des* اصاب منها *in* اصابت منه *halte ich nicht für nöthig.* اصاب *wird überhaupt ebensowohl im passiven als im activen Sinne gebraucht, und hier, wo von einem unnatürlichen* concubitus *die Rede ist, wo* الانسان *den empfangenden weiblichen Theil vorstellt (s. Kâmûs u. d. W.* عِذار*), ist* اصاب منها concepit (homo) ab ea, *weit passender als ein* اصاب منه, detrimentum ei (homini) intulit." Kâm. l. l. p. ٥٩٧, 9 sq.: (i. e. عِذار) وكغُراب دابّةٌ تَنكِحُ النّاسَ باليَمَنِ ونُطْفَتُها دُودٌ. — Ibid. lin. 6. 5 inf. ex falsa constructione, ductus analogia verborum وشَمالِيُّها et وشَرْقِيُّها, scripsi وجَنُوبِيُّها et بَحْرُ الرُّومِ pro وجَنُوبِيُّها بَحْرَ الرُّومِ, nam غَرْبِيُّها non est اسم إنّ sed ظرف inter إنّ eiusque اسم interposi-

tum. V. D. Fleischer haec adnotat: „غَرْبِيُّهَا *und* جَنُوبِيُّهَا *sind* على الطَّرَقِيَّة: *im Westen von ihm ist das griechische Meer*, — *im Süden von ihm liegt die Gränzmark von Aegypten u. s. w.* شَرْقِيُّهَا *hingegen und* شَمَالِيُّهَا *sind* مَحَلّ المبتدأ, *also nothwendig im Nominativ: sein östlicher Theil stösst an die Wüste*, — *sein nördlicher Theil stösst an das Land der Griechen. Der Gebrauch der Wörter* شرقى *etc. im Acc. u. mit der Genitivannexion im Sinne von* à l'est de — *ist bei den geograph. Schriftstellern stehend geworden, vgl.* Merâsid. p. 98. l. 5 *v. u.*, p. 124. l. 1., p. 172. l. 6., p. 200. l. 14. *Anderswo steht gleichbedeutend* فى شرقىّ *und* بشرقىّ." — Pg. 93, 1. verba فسط من فلسطين, quae corrupta mihi visa sunt, recte habent; illud فسط enim auctore Fleischero est vulgaris contractio pro فى وسط, et *fâst* pronunciandum. Sic dicitur *fâst ed-dâr* media in domo; *fâst min Jâfâ* media in Joppe. Itaque verba illa „media in Palaestina" significant. — ibid. lin. 7. pro بَسْطَة scrib. بِاَسْطَة, abbreviatio vulgaris ex قَامَة بَاسِطَة vel قَامَة بَاسِطَة, quod ulnae, orgyiae mensuram significat. cf. Kâm. ad باسطة p. ٩٢٧, 4. 5. — lin. 11. pro وهو in apodosi post اذا وصلت ponendum est فهو. — Pg. 94, 9. quia Cod. (32, 1.) aperte اسر habet, scripsi أَسِرَ; Fleischerus censet, scribendum esse أَيْسَرَ „opulentus evasit", cuius synonymum exhibet scriptura Ibn Hauk. استغنى. — Pg. 95, 4. verba للجنوب usque ad عمر ابرهيم بمسجد (Cod. p. 32, 7 sq.) nihil sunt nisi prava repetitio verborum supra p. 94, 2. (Cod. 31, 6 inf.) iam allatorum et prorsus delenda. Ibid. lin. 5. in not. 5. probavi scripturam Abulfedae زغر pro عدرة, quae tamen valde dubia videtur, quid enim sibi vult Zoar, in australi latere maris mortui sita hic, ubi auctor a septentrione austrum versus procedens عدرة *ante* Jericho commemorat? — Verba pg. 96, 13. inde a واما الجدار usque ad عليهما السلام p. 97, 2., quae paucis mutatis etiam Abulf. p. ٢٣٠, 10 sqq. affert, francogallice vertit de Sacy Abdallat. pg. 443, med. — Pg. 98, 3. pro مدينة حلب Codicis (33, 7 inf.) scribendum est مَدِينَةٌ حَلَبٌ. Ibid. lin. 5. وَمَا حولها

(Cod. 33, 5 inf.) ortum videtur ex Ibn Ḥauk., qui ita habet (vid. Abulf. p. ۲۳۱, 6.): ومعرّة نسرين مدينة متوسّطة وما حولها من القرى الخ; unde patet, aut addendum esse متوسّطة inter مدينة et وما حولها, aut و in وما omittendum. Linea ult. text. huius paginae pro البها cum Ibn Ḥauk. scribas aut طَرِيقِ البها aut الطريق البها. — Pg. 100, 1. pro فى معزل شط البحر Codicis (34, 9 inf.) scrib. فى مَعْزِلٍ عن شطّ البحر. En quae V. D. Fleischer hac de re mecum communicavit: „فى مَعْزِلِ شَطِّ البَحْرِ *würde bedeuten: in dem abgesonderten Theile des Ufers des Meeres. Aber das stimmt weder mit dem Sprachgebrauche, noch mit dem Thatbestande überein, indem dieser Ort vielmehr in der Entfernung einer Tagereise vom Meere* (Kremer Beiträge zur Geographie des nördl. Syriens. Wien. 1852. pg. 20.) *liegt. Es ist daher zu lesen:* فى مَعْزِلٍ عن شطّ البحر, *wie* مَعْزِل *im eigentlichen und uneigentlichen Sinne gewöhnlich indeterminirt gebraucht und mit* عن *construirt wird. Das Wort ist in allgemeinem Gebrauch und kommt schon im Koran vor, Sur. XI. v. 44; auch* Gauharî *hat es; nur weil es zufälligerweise im* Kâmûs *fehlt, steht es bei Freytag bloss mit einem „Jac. Schult."* — Pg. 101, 14. وعلى عامّة تلك الحجارة كالطابع scripsi, hanc sententiam inesse putans: „et vulgo his lapidibus ut sigillis utuntur". At est scribendum: وعلى عامّة تلك الحجارة كالطابع „et in plerisque horum lapidum est aliquid sigilli instar."

3. **Ibn Bâṭûṭa.** Excerpta ex Ibn Bâṭûta scripsi e codice Gothano, cuius descriptionem dant Moeller Catal. nr. 305. Kosegarten de Mohammede Ebn Batuta Arabe Tingitano eiusque itineribus commentatio. Jen. 1818. pg. 9 sqq. Cum textu nostro conferatur versio Anglica, cui inscribitur: Travels of Ibn Batuta, translated etc. by Sam. Lee. Lond. 1829. 4. Cod. Gothanus, etsi satis bene exaratus, tamen non caret mendis. Sic pg. 104, 10. pro على جهته scrib. على جَبْهَتِهِ „in fronte eius", et p. 105, 1. pro على جبة scrib. على جبهة, nam etiam nunc in India festis solennibus elephanti pretioso frontis tegumento or-

nantur. — Pg. 106, 9. يعصرونها Cod. exhibet pro يعصرونه; lin. ult. الى أعلى pro الى القدم, ut vice versa p. 108, 11. الى أعلَى pro من القدم. من اعلى. — Pg. 110, 2. الكثرة pro الكثيرة. — lin. 5. et pg. 112, 10. الفخّار الصين incorrecte ex scriptione defectiva pro الفخّار الصينى. — lin. 10. ثمن pro ثمنًا. — Pg. 111, 6. وكذلك pro ولذلك. — lin. 14. وشرابهم Cod. minus accurate pro وشرابُهم. — Pg. 112, 11. Cod. habet يجادهم vel, quum litterarum د et ر ductus apte distingui nequeant, يجارهم, quod equidem interpretatus sum يجادّهم, significationem a Freytagio allatam: „stricto iure egit aut contendit cum aliquo; cum aliquo diligenter et studiose operam dedit" amplificans: „certavit, certamen iniit cum aliquo." At vereor, ne temerarie hoc fecerim; certe praeferenda mihi nunc videtur scriptura يجاريهم a Fleischero probata, ducta a جرى III. „certavit cum aliquo. c. a. p." Item lin. 16. pro السوق المذكور Cod. exhibet لسوق المذكور; melius scribitur بالسوق المذكور. — Pg. 114, 3. quod adieci [في?] necessarium non est, dummodo pro وانهم scribas وانها, e permutatione pronominum هم et ها in codicibus saepius obvia. — Pg. 115, 5 inf. pro للكافر rectius scribitur Pluralis للكُفّار. — Pg. 118, 9. in بستان بها داره aut est scribendum به loco بها, aut secundum p. 115, 1. inserendum وارض بها داره : بستان وارض. — Pg. 121, 1. pro لها scrib. بها; lin. 2. pro قطعة scrib. قطْعة. — Pg. 122, 5. pro عليه, referendum ad القبر, melius scribitur عليها ad خشبة relatum; lin. 12. pro لا ذكر scrib. لا أذّكر. — Haec sunt Codicis menda; alia mea ipsius culpa irrepserunt. Sic. pg. 106, 7. scribendi errore فاذا أقرب ortum est ex فاذا قرب; lin. 11. نَزف quod hoc loco nullum praebet sensum, posui pro نُزِف „exhauritur (sanguis)"; lin. penult. tex. pro والازاهير الملوّنة melius scribitur والرجل والازاهير الملوّنة pendens ab antecedente من. — Pg. 116, 5. والرجل aptius proferas cum الكنيسة neque vero cum أتذكر coniungens. — Pg. 121, 4. scribas: أن تقع من العلوّ فلا تنكسر. —

Pg. 122, 4 sq. verba اجروها عند قبره حتى وقفت falso interpretatus scripsi أُجْرُوهَا et وُقِّفَتْ; at scribendum est أَجْرَوْهَا et وَقَفَتْ et interpretandum: „siverunt eos (equos) prope sepulcrum currentes, usque dum ultro subsisterent" itaque se ipsi quasi offerrent sacrificio. Ibid. lin. 8. non intellexi verba وكانوا عشرة ثلاثة et interrogationis signum apposui. Locus ita est explanundus: ثلاثةً من الخيل pendet ab antecedente وصَلبوا, sic enim neque vero passive est efferenda haec vox, et وكانوا عشرةً est enunciatio parenthetica (اعتراض) ad كبارهم pertinens, hac sententia: „et suspenderunt super sepulcris principum (erantque decem) tres equorum super quocunque sepulcro."

VI. Historica. 1. El-'Usjûti. Quas ex hoc scriptore recepi partes historicas, sumpsi e libro eius: كتاب حسن المحاضرة في اخبار مصر والقاهرة de quo vid. Hadji Chalfa nr. 4511. Tom. III. pg. 69. Herbelot Tom. IV. p. 278. Varietatem scripturae tres praebuerunt Codices, nempe Berolinensis Diezianus Nr. 44. Fol.; Gothanus ex apographo V. D. Wüstenfeld, et Codex, qui ab Ill. v. Hammer-Purgstall Societati litterariae Gottingensi dono datus in bibliotheca Universitatis Gotting. asservatur. Berolinensem ipse descripsi; collationem Gothani et Gottingensis debeo insigni liberalitati et benevolentiae V. D. Wüstenfeld, cui pro omnibus quas mihi impertivit amici animi testimoniis gratias maximas ex intimo animo habeo. Ad ea, quae prima particula traduntur de expugnatione Aegypti per Muhammedanos explicanda et illustranda maximi momenti sunt praeter ea, quae Pseudo-Wâkidî eadem de re narrat*), Eutychii Annales**) Tom. II. p. 290. 298—318.; Abul-Mahasin Annales.***) Tom. I. Part. 1. p. ٥—٢٨, ubi inde a pg. ٩. lin. 10.

*) Auctoris incerti liber de expugnatione Memphidis et Alexandriae, vulgo adscriptus Abou Abdallae Mohammedi Omari filio Wakidaeo. Textum arab. cet. edit. et annotationes adiecit H. A. Hamaker. Lugd. Batav. 1825. 4°.

**) نظم الجوهر *Contextio Gemmarum*, sive Eutych. Alexandrini Annales. Interprete Edw. Pocockio. Oxon. 1658. 2 Voll. 4.

***) Abū 'l-Muhasin 'Ibn Tagri Bardii Annales, quibus titulus est النجوم الزاهرة في ملوك مصر والقاهرة e Codd. MSS. nunc primum Arabice editi.

usque ad pg. ٢٠. lin. 2. ea quae nos a pg. 124, 1. (لمّا كانت) usque ad 138, 11. 12. (ما كانوا عليه) dedimus nonnullis mutatis, additis et omissis ad verbum fere referuntur. In lucem prodiit Abul-Mahasini editio, quum iam impressae essent plagulae nostrae, unde factum est, ut in notis nostris rationem eius habere nequiremus; itaque res praecipuas e comparatione utriusque textus notandas statim adiiciamus. Praeter hos Arabicos fontes rem ipsam bene illustrant VV. DD. Ewaldi*) et Weilii**) harum rerum gestarum scitae expositiones. Etiam in his, ut in antecedentibus saepius monitum est, codices dictionem vulgarem et scripturam magis ad sonum aure perceptum quam ad regulas grammaticas adaptatam exhibent. Sic 138, 3. الديناريں pro الديناران cf. 137, 13.***); pg. 146, 1. أثْنَى pro أثْنَا. Saepissime occurrit scriptura ـَا final. pro ـَى, e. g. 125, 5. بَلَا pro بَلَى; 129, 2. أَسَارَا pro أَسَارَى; 134, 13. نَرْضَا pro نَرْضَى; 135, 14. 137, 3. أَبَا pro أَبَى; 146, ult. text. يَرَا pro يَرَى, et vice versa pg. 125, 3. 144, 2. قَدَمَى pro قَدَمَا. Generis e regulis grammaticis necessarii in Pronom. suff. ratio non habita est, pg. 124, 4. وأَنْجَزَهُ pro وأَنْجَزَهَا (Abu 'l-Mahâs. omitt. pronomen).

Jam ad singula progrediamur. Pg. 124, 9. pro وَسَيَأْتِي Abu 'l-Mahâsin (quem in sequentibus brevitatis causa sigla AM. insigniam) habet وَسَيَأْتِيكَ. — Pg. 125, lin. ult. text. AM. cum Gothano exhibet فاجابه. — Pg. 126, 4. ثُمَّ or-

---

Tomi I. Partem priorem ediderunt T. G. J. Juynboll et B. T. Matthes. Lugd. Bat. 1852. 8.

*) Ewald: Gesch. der muhammedanischen Eroberung Aegyptens, nach den ältesten Quellen. in: Lassen Zeitschr. für die Kunde des Morgenlandes. Bd. III. pg. 329 sqq.

**) Weil Gesch. der Chalifen. Bd. I. pg. 106 sqq.

***) Hoc loco Abu 'l-Mahâs. pg. ١٩, 2. habet ديناريں ديناريں, quod aut item vulgari ratione positum est pro ديناران ديناران, aut antecedens يغرض active proferendum يَغْرِض minus bene, ut patet e sequenti lin. 3.

tum ex anticipatis literis initialibus sequentis vocis omittit **AM.**, et l. **5.** post ثمانية آلاف addit مع عمرو elucidationis gratia. — ibid. lin. **8.** verba وَكَتَبَ اليه usque ad lin. **9.** منهم رجل prorsus omittit **AM.**; in nostris lin. **9.** inter رَجُلٌ et مِنْهُمْ contextus orationis efflagitat repetitionem verborum عَلَى كُلِّ أَلْفِ رَجُلٍ ex antecedentibus lin. **8.**, quamvis Codd. ea non exhibeant. — **Pg. 127, 4. AM.** bene omittit عَلَيْهِ in فَمَرَّ عليه, ita ut nunc مَرَّ recte coniungatur cum برجل من العرب, non enim praeteriit ianitorem, sed priusquam ad istum perveniret, Arabem quendam, cuius admonitione commotus ad el' ʾOâirigum reversus est. — **Pg. 128, 8. AM.** confirmat scripturam codicis **G.** حصروا pro حاصروا. — **Pg. 129, 1.** omittit **AM.** بِأَنْفُسِهِمْ et pro وجهزوا scribit وجَهَّزوا, rectius, quum جهز apud veteres Arabes cum على construatur, جَهَّزَ vero absolute significet: „instructo exercitu profectus est". Attamen بانفسهم non omnino supervacaneum est indicans Graecos ipsos, non alienas copias auxiliares. — Locum lin. **4** ab inf. text. وَهُوَ خَيْرُ ٱلْحَاكِمِينَ usque ad lin. ult. أَمَّا إِنْ دَخَلْتُمْ, quem corruptum indicavi, **AM.** plane eodem modo exhibet, qua de re **V. D.** Fleischer haec litteris ad me datis monuit: „*Es wird nichts übrig bleiben, als sich dahin zu resigniren, dass* أَمَّا, *wenn es einen conditionellen Vordersatz mit Perfectum einleitet, dem Nachsatze das von ihm (dem* أَمَّا*) geforderte* فَ *aufdringt, ohne dass dieses, wie sonst, den conversiven Bedeutungseinfluss des* إِنْ *auf das Perf. des Nachsatzes abbricht. Bei dem dritten Satze aber fehlt der Nachsatz ganz, was gerade hier, als* للتعظيم والتهويل *angewendet, noch eine rhetorische Schönheit abwirft, ohne dass der Sinn zweifelhaft seyn könnte*." — **Pg. 131, 12. AM.** الدنيا habet, addito articulo, quod in nota **54.** probavimus. — **Pg. 132, 1. AM.** ad concinnitatem sermonis aptius scribit: لِأَنَّ نعيم الدنيا ليس بنعيم ورخاءها ليس برخاءٍ; ibid. lin. penult. text. idem أَشْهُرًا „plures menses", verosimilius quam nostrum شَهْرًا „unum mensem." — **Pg. 133, 11.** emenda-

tionem nostram اِنْ pro أَنَّ confirmat AM. — Pg. 134, 12. not. 79. AM. Eutychii scripturam فَأَدَّوا praeferendam testatur. — Pg. 135, 9. pro يُرْضَى أَوْ scrib. أَوْيُرْضَى cum AM. — ibid. lin. 14. AM. pro فِي مُدَّتِكُمْ exhibet فِي مَرَّتِكُمْ. — Pg. 137, 14. pro وَمَنْ بَلَغَ AM. exhibet مَنْ بَلَغَ ita ut sit appositio antecedentis شريفهم ووضيعهم, bene. — In sequentibus haec annotanda videntur: Pg. 139, 5. pro أَلَّا تُقَاتِلَهُمْ scrib. أَلَا تُقَاتِلُهُمْ, quum أَلَا hoc loco non sit particula *ne*, sed particula excitativa (أَلَا التحضيض) *quin, quidni*, quae cum Indicativo coniungitur. vid. Enchirid. studiosi ed. Caspari p. ۴. lin. 3. cum schol. ۳. de Sacy Gramm. I. p. 529. §. 1160. — Pg. 141, 6. pro أَلرُّومُ (واستعدت) sensus efflagitat أَلْمُسْلِمُونَ. — Pg. 145, penult. text. pro وَيَفْتَحُ grammatica flagitat Subiunctivum وَيَفْتَحَ, ita ut و sit وَاوُ الْمَعِيَّةِ Caspari Gramm. §. 398, 5., nam وَيَفْتَحُ nonnisi enunciatio quae dicitur حال posset esse, et tum dicendum fuisset وَهُوَ يَفْتَحُ الخ. — Pg. 146, 5. pro مِنْهَا (فحمل) scrib. cum codd. G. H. فيها *sc.* المراكب. Quae exstant lin. 12. inde a فكانت مصر usque ad finem paginae vertit Weil Gesch. der Chalifen. Tom. I. p. 111. Not. lin. 8—15. — Pg. 147, ult. text. pro قَتَلْتُهُ scrib. قَتَلْتُهُ, nam non pendet a قَدَرْتُ, sed est apodosis enunciationis antecedentis, ad quam فَقَدَرْتُ عَلَيْهِ pertinet: „si quis thesaurum apud ipsum (reconditum) me celaverit, ego vero isto potitus fuero: hunc nece puniam."

b. **De Moschea magna et palatio ʿAmri.** Ad verba pg. 149, 4. وَمَا أَحْسَبُكَ أَنْ تَقُومَ V. D. Fleischer haec annotavit: „*Die dem Sinne nach stärkere und der Sprache nach schönere Lesart ist die von* B. *u.* G. أَوَمَا يُحْسِبُكَ, *wozu noch kommt, dass der classische Sprachgebrauch hinsichtlich der* verba cordis *jenes* أَنْ تَقُومَ *nach* أَحْسَبُكَ *statt* تَقُومُ *nicht zulässt.*" —

c. **De expugnatione Barcae et Nubiae.** De Berberis eorumque tribubus lin. 9 sqq. commemoratis *vid.* praeter ea quae in Glossario allegavimus Edrisi ed. Jaubert. Tom. I. p. 203.

2. **Makrizi.** Quae ex eo attulimus sumpta sunt e libro eius كتاب المواعظ والاعتبار فى ذكر الخطط والآثار, de quo plura vid. apud de Sacy Chrest. T. I. p. 112 sqq. Hamaker Specim. catal. pg. 196 sqq. Quatremère Histoire des Sultans Mamlouks. Tom. I. Préface. p. XI sqq. Excerpta mea partes sunt aliorum, quae V. D. Wüstenfeld e codice Vindobonensi sibi confecerat et quorum usum liberalissime mihi concessit.

a. **De arce Kâhirina.** Pg. 152, ult. text. vox منه referenda est ad الجبل lin. antepen.; magis perspicuum esset منها referendum ad القلعة, ut pg. 153, 1. وراءها i. e. من وراء القلعة. — Pg. 153, 5. فى سنةِ اثنين e saepissimo MSSorum errore positum est pro فى سنة اثنتين cf. de Sacy Gramm. II. p. 335. not. 1. — Pg. 160, 14. pro بالجزيرة procul dubio scribendum est بالجِيزَة, quia in insula Roda (الروضة) nullae unquam fuerunt Pyramides. Etiam V. D. de Sacy in versione (Abdallat. p. 210, ult.) „à Djizèh" habet, attamen in sequentibus (pg. 210, 3.) وقناطر الجزيرة, falso vertit „et les arches de Djizèh", nam hic de pontibus insulae Roda sermonem institui contexta oratio docet. — Pg. 161, 5. pro فى الدولة sensus flagitat aut فى الدُّوَلِ aut فى كلّ دولةٍ.

b. **Vita Saladini.** Brevissima est quidem haec vitae Saladini delineatio, at putavi, eam a tali scriptore, qualis est Makrîzî, Viris doctis haud ingratam fore. Magnam utilitatem in constituendo et explicando hoc textu praebent Ibn el-Atsîri Annales nuper editi*). — Pro يَبْعَثُ pg. 166, 4 inf. sequenti وأَقَامَه convenientius scribitur فَبَعَثَ. — De verbis انعم عليه بامره

*) Ibn-el-Athiri Chronicon quod perfectissimum inscribitur. Volumen undecimum, annos H. 527—583. continens, ed. C. J. Tornberg. Upsal. 1851. 8.

pg. 167, 1. vid. Glossar. s. نعم. p. 182 sq. — Pg. 170, 1. الامام على scribens cogitavi de auctore operis الموطأ dicti. At aliter res habet. الامام est enim κατ' ἐξοχ. notissimus ille operis الموطأ auctor Mâlik ben 'Anas (v. Gloss. s. وطئ p. 197, b.) et على est praepositio cum سمع coniungenda, ita ut significet: „et audivit el-Muwatta' Imami (nempe Mâliki) apud iurisprudentem (doctorem iuris) Abu 't-Tâhir Ibn 'Aun" i. e. Ibn 'Aun explicavit ei librum el-Muwatta'; scholis eius de illo libro habitis interfuit. — Ibid. lin. 8. vox عبكريان nihil significat; V. D. Fleischer coniicit scribendum esse: مَكَرّ ثانٍ vel عَكْر ثانٍ „ad iteratum impetum" cf. lin. 5. —. Pg. 172, 11. pro ووافقهم scrib. وواقفهم „proelium commisit cum iis (*er lieferte ihnen eine Schlacht*)." واقف enim optime potest significare: proelium commisit, cf. موقف proelium (*Dozy* Al-Bayano 'l-Mogrib par Ibn-Adhârí. Vol. II. pg. 46. s. وقف). Itaque p. 167, ult. mutatio in واتْعهم, quam in Glossar. pg. 199, a. proposui Ibn Chall. secutus, necessaria non est.

Etiam in his Makrîzii particulis insunt quaedam ad vulgarem Arabismum adaptata. Sic. Pg. 155, penult. text. et p. 156, 2. عشْرين pro غاشمَان ظالمَان; 169, 2. ظالمَيْن غاشمَيْن pro عشْرى (Gramm. §. 489.); recti generis neglectio cernitur pg. 169, 3. in محيطة pro محيط; 172, 11. في اثْرها pro في اثْرهم.

3. **Ibn Sa'd.** Quae ex libro eius كتاب الطبقات (vid. Gloss. s. ابن سعد pg. 82, b) recepi mecum communicavit V. D. Wüstenfeld. — a. **De vita Muhammedis quaedam particulae**, continent de infantia prophetae nonnulla scitu digna. — Pg. 178, 7. verba لَيوكَس مَلِكًا significant: „profecto regem (*coll.* reges?) detrimento afficiet." At multo magis probanda videtur scriptura لَيُوجِسْ مَلِكًا „profecto regnum animo

concipit", quam indicare videtur V. D. Caussin de Perceval, in libro „Essai sur l'histoire des Arabes". Tom. I. p. 290. l. 5. locum libri Sîret er-Resûl ita vertens: „Laissez-le; il a le pressentiment de sa grandeur future." — Quae pg. 179 sqq. de legatione Tsakîfitarum narrantur, uberius exponunt ea, quae hac de re Weil in vita Muhammedis pg. 225. affert. — Particula altera (b. De viris quibusdam supra memoratis) e parte quinta libri الطبقات sumpta est. — Pg. 183, 1. apographum habet تأمره يستخلف, ubi ex usu vulgaris sermonis أن ante يستخلف omissum est. — Pg. 184, 13. pro من آخرنا rectius scribitur عن آخرنا. —

VII. Miscellanea. 1. Capita quaedam Korâni cum commentario. Commentarius, cuius specimina quaedam damus, nomine معالم التنزيل scriptus est ab Abu Muhammad al-Husain ben Masʿûd el-Farrâʿ (mort. 510 H. = 1117 Chr.), de quo vid. Ibn Challik. nr. 184. Liber classium virorum auctore Abu Abdalla Ďahabio ed. Wüstenfeld. XV, 30. Partic. III. pg. 33. Sojutii lib. de interpp. Korani ed. Meursinge. nr. 35. Textum praebuit Cod. bibliothecae Orphanotrophaei Halensis (D, 16.), qui alteram illius operis partem inde a Surata LXVII. usque ad finem Korâni continet. Scriptus est Cod. charactere nestaʿlîk nitidissimo et absolutus anno 1058 H. = 1648 Chr. — Pg. 186, ult. text. glossa [نفي] errore glossographi nititur, nam ما in formulis ما بالك لا تفعل et ما لك لا تفعل semper est interrogativum (استفهام). — Pg. 187, ult. text. pro خَلْقَهُ scrib. خَلْقَهُ ita ut sit appositio explicationis causa ad مُبْتَدَأً خَلْقِ آدَمَ adiecta. Sigla كبير in notis marginalibus huius paginae **) et ***) (item 189 *), 190 *), 199 **)) ni fallor indicat commentarium Korânicum التفسير الكبير auctore Fachr ed-din er-Râzî, de quo Haji Khalfa. II. p. 361. lin. 8. et p. 377. nr. 3387. cf. Fleischer Catal. Lips. pg. 366. col. 2. lin. 14. — Pg. 189, 7 sqq. forma femini فعلان ad nomina Idolorum Wadd, Jâgûts cet. apposita repugnat generi masculino vulgo iis tributo cf. Abulfed. Anteisl. p. 180, 2. Schahrastani p. ٣٣٣, 2. Beidhawi ad Sur. 71, v. 23.

Pococke Specim. hist. Arab. ed. White pg. 95. — Pg. 189, 13. Cod. الى مجالسهم habet, quum sensus efflagitet فى مجالسهم. Illud الى videtur ortum ex repetita ante فى littera Elif verbi antecedentis انتصبوا. — Pg. 193, ult. text. والى السّمآء السابعة falsa codicis scriptura orta est ex والسّماء الى السّمآء السابعة, nam terra non potest findi ad septimum coelum. — Pg. 197, 10. pro تَسْعَى scrib. يَسْعَى, subiectum est enim ذلك. — Pg. 199, not. lin. 2. sigla تفسير quem commentarium (تَفْسِير) indicet, me fugit; num forte تفسير التيسير opus el-Nesefii? vid. Fleischer Catal. Lips. pg. 366, col. 2. lin. 3.

2. Hariri. Epistola Sinica et Schinica. Facile me vituperare possit aliquis, quod in opere tironum usui destinato eiusmodi opusculo locum concesserim; at hoc feci quum eo consilio, ut etiam fucati generis dicendi specimen exstaret, tum nomine et auctoritate auctoris commotus. In codicibus plerumque additae sunt hae epistolae consessibus Harîrianis, sic in duobus bibliothecae regiae Berolinensis (nr. 79. Fol. et nr. 91. Quart., uterque cum commentario), e quibus ipse descripsi epistolas, et in codice Bibliothecae Senatoriae Lipsiensis (Fleischer Catal. Lips. pg. 527. nr. CCLXXXVI.), cuius collationem instituit et amicissime mecum communicavit Fleischerus. Idem ad ultima epistolae Schinicae verba (209, 2.): بَشِيرَ البَشَرِ ، وشَفيعَ المَحْشَرِ haec annotavit: „Nominativus fortasse probabilior est, ita ut بشيرُ البشر وشفيعُ المحشر, i. e. Muhammed propheta, sit is qui virum hic laudatum honore afficiat. Quodsi Accusativus ponitur, id quod etiam ii senserunt, qui لبشير scripserunt [Cod. A.] suffixum ه in تشريفه ad Deum referendum erit. Tum ب in بمشيّة adiurantis est, non instrumentum vel causam indicantis: „Ut Deus illi talem vitam donet, eum adiuro per ipsius voluntatem et per honorem quo Muhammedem prae ceteris mortalibus insignivit. Sic sententia sane recte procedit. Confer clausulam cod. B. in fine Sinijjae, p. 204." Equidem Accusativum praetuli propterea quod cod. B. apposita vocali Fatha eum indicavit.

3. **Descriptio montis Libani.** Ultimam hanc particulam a V. D. Fleischer mecum communicatam libentissime recepi, ne specimen eius dicendi generis, quo recentiores Arabum Viri Docti utuntur, deesset. Vertit eam Fleischerus in: Zeitschrift der Deutschen morgenl. Gesellschaft. Vol. VI. (1852.), pg. 98—106. 388—398. Plura vitia festinante calamo in describendo a me comissa sunt, quae benevolus lector mihi ignoscat quaeso. In initio pg. 209, 4. احدها etiam autographum habet pro احداها; ceterum pg. 210, 15. scrib. من قرى pro في قرى; lin. penult. عند ضعفهم pro في ضعفهم; 213, ult. et 214, 16. العازار pro العاذار; 214, 11. لغيبر pro بغير; 218, 2. نستغنى بالبعض منه pro نستغنى منه; lin. 15. والمكاره pro والمكادة; lin. 16. الغدر pro القدر; 219, 10. الاقامة et فتزحوا pro لاقامة et ففرخوا; lin. 13. فلما pro فكما; 222, 3. وحاكمها pro وحاكمهم; 221, 3. غيرهما pro غيرها; 226, 2. حليًّا pro حليًا; lin. 15. تيسّر pro يتّسر; 227, 3. الدنيوية pro الدينوية; lin. 5. تعذّرت pro تنوزّت; 229, 14. شبعة pro سبعة.

Haec de singulis. Nunc in universum quaedam monenda sunt. Quum optimum mihi visum esset, ut linguam Arabicam discentes quam maxime formarum ubertatem cognoscerent, consulto ubi plures unius vocis formae exstarent, non solum eam, quae est purissima et probatissima, sed etiam alteras minus usitatas vocalibus appositis insignivi, sic إِخْوان et أُخْوَان , كَثْرَة et كِثْرَة , سِنُون et سَنُون al. eiusmodi dedi et in Glossario formas probas et minoris notae indicavi. At plane aliter nunc sentio et lubentissime meam ad Fleischeri sententiam conformo, qui haec verba editorum observatione dignissima ad me scripsit: „*Ein Hauptpunkt, über welchen wir nicht übereinstimmen, ist die Anwendung seltener oder weniger beglaubigter Formen in einer Chrestomathie. Nach meiner Meinung hat man sich in einem Buche dieser Art streng an diejenigen Formen zu halten, welche die meiste Auctorität für sich haben, damit sich der Lernende an sie gewöhne, — also kein* كِثْرَة, *kein* يَحِبّ, *keine von den vielen Formen, welche der Kamus in seiner adia-*

phoristisch-compilirenden Weise mit der von Ǵauharî *ausschliesslich gesetzten oder bevorzugten zusammenwirft. Es schadet gar nichts, wenn der Lernende erst später, nachdem er sich in dem classischen Theile der Sprache befestigt hat, jene Absonderlichkeiten u. Vulgarismen historisch nachholt. Es giebt im Arabischen des nothwendigen Guten so viel zu behalten, dass es gar nicht nöthig, im Gegentheil störend und irreleitend ist, das entbehrliche Mittel- und Ausschussgut auch gleich mit aufzupacken.*" Huc etiam pertinet, quod Codicum morem secutus in ponendo Madda, in ذ cum ذ commutando certam normam, severioris grammatices regulis praescriptam, non observaverim; item, quod minus etiam probandum, pg. 5, 9. القَيِمَة pro القِيمَة, pg. 7, 5. الحَيَوة pro الحَيٰوة scripserim. — In aliis priorum Grammaticorum et editorum rationes secutus sum, quae minus bona a recentioribus improbantur et reiiciuntur. Huc referendum est, quod initio sententiae Waslae signum posui*), quum unice rectum sit, in tali Waslae positione loco eius meram vocalem sine Hamza ponere; porro post Articulum ٱلْ si Alif cum Wasla sequitur, non ut priores facere solent hoc Alif signo Hamza cum Kasra est afficiendum, sed Gazma litterae Lam articuli cum vocali Kasra commutatur et Alif waslato nullum signum inditur**), sic pg. 17, 13. ٱلِامْرَأَة, non ٱلْإِمْرَأَة et pari modo 29, 10. 58, 6. 68, 11. 72, 11. 202, penult. text. Interdum meo dormitantis errore vocalis copulativa Kasra in consona vocali destituta ante Alif unionis omissa et loco eius Gazma positum est, ut pg. 10, antepen. 12, 9. 20, 3. 51, ult. 83, 14. Ab initio editionis meae priorum rationem secutus ante affixa verbi cum ت incipientia quiescentem radicis sonum D vel T signo nullo notavi, litterae ت affixi Teschdîd apposui, quum recentiores

---

*) Vice versa pg. 103, 8. إِنْقَطِعْ exstat pro ٱنْقَطِعْ.

**) Attamen الاسم Kor. Sur. 49. v. 11. omnes Codd., qui mihi praesto sunt, habent ٱلِاسْمُ; Fluegelii editio ٱلْإِسْمُ; Beidhaw. Tom. II. p. ٢٧٥. lin. 14. لِاسْمُ typothetae errore pro ٱلِاسْمُ.

